Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

q̃mdiu fecistis uni de his fratr̃ meis minimis mihi fecistis. Tũc dicet et his q̃ a
sinistris ei erit. Discedite a me maledicti. in ignem eternũ. q̃ parat ẽ diabolo et
angelis eius. Esurui enim et non dedistis mihi manducare. Situi. et non dedistis
potum. Hospes eram et non collegistis me. Nudus et non operuistis me. Infirmus. et in carcere
et non visitastis me. Tũc respondebunt et ipsi dicentes. Dne q̃n te uidimus esurientem aut sitientem. aut hospitem. aut nudum. aut infirmum. aut in carcere et non ministrauimus tibi.
Tũc respondebit illis dicens. Amen dico uobis q̃diu non fecistis uni de minoribus his
nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternum. aut iusti in uitam
eternam.

In diebus illis. Locutus est ppha Hia. uii. Tesaye.
Esaias dicens. Querite dnm dum inueniri potest. inuocate eum dum ppe est. Derelinquat impius uiam suam & uir iniquus cogitationes suas. et reuertatur ad dnm. & miserebitur eius. et ad dm nrm q̃m multus est ad ignoscendũ. Non enim cogitationes mee cogitationes uestre. neq; uie mee uie uestre dicit dns. Sicut enim exaltantur celi a terra. sic exaltate sunt uie mee a uiis uestris. et cogitationes mee a cogitationibus uestris. Et q̃m descendit imber et nix de celo. & illuc ultra non reuertitur. sed inebriat terram. & infundit eam. & germinare eam facit. & dat semen seminanti. & panem comedenti. sic erit uerbum meum q̃d egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum. sed faciet quecunq; uolui. et prosperabitur in his. ad quecq; misi illud. Ait dns omps. S. matheuu
In illo t. Cum intrasset ihs ierosolimam. commota est uniuersa ciuitas dicens. Qis est hic. Pplis autem dicebant. hic est ihs ppha. a nazareth galilee. Et intrauit ihs in templum dei. & eiciebat omnes uendentes & ementes de templo. & mensas nummulariorum. et cathedras uendentium columbas eiecit. & dicit eis. Scriptum est. domus mea. domus orationis uocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci. & claudi in templo. & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit & pueros clamantes